Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In illo t: Erat ihs eiciens demonium: Secm lucam
et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus est
mutus: Et admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis di
cebant: In belzebub principe demoniorum eiicit demonia.
Et alij tentantes: signum de celo querebant ab eo. Ipse
autem ut vidit cogitationes eorum: dixit eis. Omne regnum
in se ipsum divisum desolabitur: et domus super domum
cadet. Si autem et sathanas in se ipsum divisus est: quo
modo stabit regnum ipsius. quia dicitis in belzebub eiicere
me demonia. Si autem in belzebub eiicio demonia:
filij vestri in quo eiiciunt. Ideo ipsi iudices vestri erunt.
Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto pervenit
in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atri
um suum: in pace sunt ea que possidet. Si autem for
tior illo superveniens vincerit: universa arma eius aufe
ret. in quibus confidebat: et spolia eius distribuet. Qui
non est mecum adversum me est: et qui non colligit me
cum dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine:
ambulat per loca inaquosa. querens requiem: et non
inveniens dicit. Revertar in domum meam unde exivi.
Et cum venit: invenit scopis mundatam. Et tunc va
dit: et assumit septem alios spiritus nequiores se: et in
gressi habitant ibi: et sunt novissima hominis illius pe
iora prioribus. Factum est autem cum hec diceret: Exto
lens vocem quedam mulier de turba dixit ad eum. Bea
tum ventrem qui te portavit: et ubera que suxisti. At ille
dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbum dei
et custodiunt illud. Secda y. lcm libri Regum
In diebus illis: Naaman princeps militiae regis

fiam pcio li regum

Sume